UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Leo papa S. Potamiena V. S. Irenæus Eps 28 Iun

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S.Leo papa S.Potamiena V.S.Irenæus Eps 28 Iun

Pœnitentia.

Vide ne in ipſa Pænitentia fiat, quod poſtea pænitentia indigeat. *Amb.*

Deus qui B.Leonem Pont.(S.Potamienam V. S.Irenæum Epm) Sanctorum tuorum meritis coæquaſti: concede propitius vt qui commemorationis eius feſta percolimus, vitæ quoque imitemur exempla P.D.N.*I*.Chr.

Ora pro Sacramentorum pio vſu, &c

1.S Leo II. Papa circa A. 682. floruit. Is Conſtantinopoli coacta Generali ſynodo Cyrum, Sergium & Pyrrhum Monotelitarum authores damnauit: mortemque ſanctam vitæ beatæ impoſuit.

2. S. Potamiena V. & M. Alexandrina primo immenſos innumeroſq; agones pro virginitate deſudans, deinde etiam exquiſita & inaudita tormenta perpeſſa, ad vltimum vnà cum matre igne conſumpta eſt. Militi, quod eam tutatus fuerat poſt 3. dies apparens fidem & coronam martyrij detulit.

3. S. Irenæus Eps celeberrimus hæreſum fuit antagoniſta.